



Fornicatus Johannis Nandez

Item Sermo Grego Nazanzeni de moderandis disputatōibz

Item Specula finalis retributionis Petri Faginaldi

{ Item fabule quorūdam aūthozum

{ Item lamentationes obscurorum virorum

Item de Compassione gloriose virginis Marie

Hi duo scorsim compati sunt in novo volumine ubi et hinc
obscurorum virorum repriantur



Mnk A 90

MK

J. q. 110.

**Ad Venetos Bene
rendi in Christo pat. domini
zacharie Ferrar. Vincentini
subalien. abbat. de eorum do
minio breui dicuendo.**

Et ut ad cor reuertantur. Elegia.

Adriaci Regina maris / Venetæq; paludis
Plangito et in lachrymis pallida tinge genas
Romuleas depone togas mollesq; lacenas:
Tolleq; de pictis aurea fulcra thoris.
Serlacedemonios orbes / Indosq; lapillos
E manibus: collum sit sine torque tuum.
Deformem induico culcum: cilicinaq; membris
In cinere / et sacco da tegumenta tuis.
Nudatis pedibus / nudato vertice perge:
Pendeat ex mento squallida barba tuo
Infortunati veniunt ex et here summo /
Atq; infelices in tua recta dies
Gens odiosa deo facta es superisq; rebellis
Ausâ sacerdotum vilificare decus.
Ipsa recusasti patri parere latino /
Duraq; Rhomano ponere colla iugo;
Ausâ es (nec puduit) Petri turbare carinam /
Atq; latrocinijs evacuare ratem.
Ausâ es (nec puduit) Rhome vsurpare tiaras /
Flammînenmq; tua prodicione solum.
Ausâ es (nec puduit) tantis violare rapinis
Templa deum / et sanctas vi maculare domos

Ausa es (nec puduit) sacrum potare crudum /
Fraternoq; odijs dissecuisse sinus .
Ausa es (nec puduit) venalia iura dedisse /
Justitiaeq; auri preposuisse sicin .
Ausa es (nec puduit) mucrone tyrannidis uti
In varios reges / in variosq; duces .
Ausa es (nec puduit) vi rumpere federa legum
His populis : qui se supposuere tibi ,
Propterea tellus / pontiq; volumina / et aeth
Protinus audebunt te lacerare poli .
Vi factum imperium ruet / atq; superba potestas
Sceptra / magistratus / et data ferta cadent
Diuitieq; tue / multiq; potentia nummi /
Atq; senatores barbara regna petent .
Gens inimica tibi leges : insignia : et arma :
Arctos ritus : et noua iura dabit
Non vltra ad libitum sulcabis nauibus equos :
Non vltra ornabit carbasa picta leo .
Cesareas aquilas tua per verilla videbis /
Hisq; inclinabis seditiosa caput .
Ipsa tuis oculis cernes tua pignora crebro
Cede cruentari / compedibusq; vehi :
Carcereasq; umbras multos habitare per annos
Et varijs penis / supplicijsq; dari .
Ipsa tuis oculis cernes a milite natas
Prostitui : nec non ad peregrina rapi :
Non te larga palus : non aes : non arma iuuabunt :
Non te circumiens proteget vnda maris .
Te excessit Babilon ditione : potentia : et auro
Et Ptolemeorum splendida terra ducum .
Grecia te longe maior : te marcia Rhoma
Fortior / et Solymi florida regna soli .
Te Lybies Carthago potens superauit : et vrbes
Ite tamen excidio . subiacuere graui .

Nunquid eris simili tu sola immunis ab estu ?
Nunquid eris merito libera sola malo ?
Depredata omnes omnis tu insignia gentis
Vestitu in vario prodigiosa tenes .
Vitta tibi stringit germano more capillos :
Atq; tuum velat gallica crista caput /
Hispano cultu tua cingit pectora thorax
Romanoq; habitu tegmina vestis habes .
Hec res insinuat signum mirabile : q; sic
Omne tuum imperium nil (nisi preda) manet .
Talibus ostentis quis non presagiat : et q;
Esopi merito graculus alter eris ?
Vittam germani rapiunt : et gallia cristam :
Thoraca hispanus / diuaq; Roma togam :
Plange lacunarum nullo munimine tuta :
Plange : tue quoniam diripientur opes :
Plange : tui quoniam ducentur ad extera nati :
Intrabitq; tuas reutona turba domos .
Plange : tui quoniam cornuta corona galeri
Barbaricum cinget te tribuente caput .
Cantica per populos de te / et proverbia fient
Atq; in derisum totius orbis eris .
Ars tua nulla valet tantis obstare titinis :
Atq; euadendi semita nulla patet :
(Hoc tantum superest) si corda affligere certes
Et perpetratum iam vereare nephas .
Nil video tibi posse aliq; conferre iuuamen :
(Hoc nisi) si scelerum penituisse iuuat
Si gemitu et lachrymis tua maxima crimina purges :
Et reddas dominis arua aliena suis .
Sicq; sacerdotes desistas tangere / et edes
Damnificare sacras : romulidumq; patres .
Si quoq; iudicium populis sine munere reddas /
Justitiamq; super ditia lucra colas .

Adde / q̄ et paphie mulieris abire necesse est
Immundum facinus : quod tua terra patit
Sparge vias planctu : singultibus aera comple
Et pulsa ethereos vociferando lares .
Indicas tota ieiunia in vire / grauiq̄
Sunt flagelletur luxuriosa caro .
Coge sacerdotes / puerorumq̄ agmina . et omnes
Per vicos resonent / et fora mesta preces .
Virginee sparsa veniant in crine ceterue :
Sic tantum lachrymis / tristitieq̄ locus .
Et quia damnasti varios in sanguine contra
Iura (nec hi qui sint noscere forte potes)
Hac vice captiuis reserato ergastula / et erul
In patriam redeat sub pietatis ope .
Prouideas victum / largireq̄ tegmen egenis :
Et pupillorum sic tibi causa patens
Hec faciens diuos tibi conciliabis / et astra
Et tua libertas stabit ad aucta magis .
Nobilibus miserere tuis natalibus ergo :
Et tibi presidij auxiliare pijs
Progeniem seruato tuam . miserere penatum :
Quos hucusq̄ ingens amplificauit honos
Sed tantum dura est cernix tua (cerno) q̄ et sit .
De te sperandum nil pietatis adhuc .
Effugienda igitur tibi non erit vlcio celi :
Aduolat e superis / et manifesta venit
Esse videbuntur veluti noua somnia mundo .
Tam cito dispositum perficietur opus .
Non humana teret te . sed diuina potestas :
Cum summis etenim sunt tibi bella deis .

Data Venetijs . xvi. Cal. Decembr. M. D. viij.



Handwritten text in red ink, likely a rubrication.

Small red circular mark or stamp.

Small red mark or stamp.

Fragment of text on a small paper strip, including the word 'Iste'.


Handwritten text in red ink at the bottom of the fragment.





Jo. M.
gr. M.
v.
Reg.
A





B.I.G.

Farbkarte #13

Venetos Heue
n Christo pat. domini
ie Ferrar. Vincentini
en. abbat. de eorum do
breui diruendo.

Et ut ad cor reuertantur. Elegia.

Regina maris / Veneteq; paludis
ito et in lachrymis pallida tinge genas
depone togas mollesq; lacenas :
q; de pictis aurea fulcra thoris .
nonios orbes / Indosq; lapillos
tribus : collum sit sine torque tuum .
induito cultum : cilicinaq; membris
nere / et sacco da tegumenta tuis .
pedibus / nudato vertice perge :
beat ex mento squallida barba tuo
ati veniunt ex et here summo /
infelices in tua recta dies
osa deo facta es superisq; rebellis
a sacerdotum vilificare decus .
asasti patri parere latino /
aq; Rhomano ponere colla iugo
nec puduit) Petri turbare carinam /
q; latrocinijs enacuare ratem .
(nec puduit) Rhome vsurpare tiaras /
mminenmq; tua prodicione solum .
(nec puduit) tantis violare rapinis
mpla deum / et sanctas vi maculare domos

2 f